Secūdo mas maris. as assis vas vasis vas vadis

Tercio pallas lampas archas. et patronymica in as. vt menechias. que omnia habent adis.

Quarto quedā greca. ciclas hebdomas dorcas troas que habent adis vel ados in genitiuo

De es crescentib⁹

Es itis. Mas aut cōmune si fiet in es breuiatā
E mutans dat itis.

Dicit. Nomina masculina aut cōis generis que terminā in es breuem habent itis breuem in grō. vt stipes itis. miles itis. Sz ista regula p pueris est difficillima vt probatū est supra. ideo multū expedit numerare nomina in es que habent itis. que etis. q̄ edis p crescentiam. et que non crescunt

Quero tibi. quotuplicia sunt noīa in es crescentia in grō. Dico sextuplicia. Quedā crescunt p etis curtā. p edis curtam. p etis longā p edis longam. p. itis curtam. p idis curtam.

p etis curtā tredecim
- Duo masculina. aries ietis paries ictis:
- q̄tuor feminina. abies seges teges veges etis.
- septem coīa. Hebes teres indiges interpres impes perpes prepes etis.

p etis lon gam octo
- Tria masculi. appellatiua. lebes tabes tremes
- Et aliqua ꝓpria. chremes dares
- Tria feminina. agnes magnes quies.
- Duo cōmunia. locuples inquies

p itis curtā circiter. xxvij.
- xij. mascu. trames fomes limes palmes merges gurges itis. vide supra. xiiij. vel circiter cōia. Antistes ales celes comes diues eques hospes miles obstes pedes p̄stes sospes supstes substes itis. per regulaz.
- Mas aut commune ꝛc̄.

p edis curtā
- Ut sunt cōpsita a pes quox quedam sunt substantiua. quedam adiectiua.
- Substantiua masculina. calopes. sonipes. loripes feminina. Lompes.
- Adiectiua. monipes. tripes bipes q̄drupes ꝛc̄
- Apes vel apis in ntō habet apis in grō

e

Die Veneris

pedis lõgã
- Unũ mascu. pres ꝑ possessore vel mediatore
- Unũ femininũ .merces merced⁹
- Unum cõmune. heres heredis

pidis curtã
- Ut sunt cõposita a sedeo. Obses deses
- subses preses reses

Eres habet cercris feminini gener⁹. Es habet er⁹ neu. gener⁹

De es non crescentibus

Es is. Es longam mutabis in is

Hic iterꝫ Alexander more suo ꝓcedit ex ignot⁹ ꝛc

Quero tibi .q̃tuplicia sunt noĩa in es q̃ mutãt es in is sine crescen tia. Dico triplicia. s. noĩa in es mascu. fe. ꝛ cõmunia. Masculi na posita supra circiter. xxxvij. non tñ nego q̃n plura sint. sed ista pro puer⁹ sufficiũt. Abiges ophites celtes aules. vide supra.

Feminina posita sunt supra circiter. xxiiij. Ambages nubes vul pes sedes ꝓles strages

Cõmunia pauca sunt. Uates abiges paphrastes. i. falsꝰ interpres Et licet supra inter mascu. sint posita. tamen possunt esse ꝯmu nia. quod non repugnat

De is non crescentibus

In is Is correpta sibi similem facit genitiuũ

Dicit ꝙ noĩa in is breuẽ habẽt genitiuũ silem ꝓ is sine crescẽtia. vt nauis nauis. vest⁹ vest⁹. Quõ tu cognosc⁹ noĩa ĩ is lõgã ꝛ breuẽ

Quero tibi. quotuplicia noĩa cõphendũt h. Dico quadruplicia.

Primo mascu. circit. lvij. vt axis molar⁹ caulis natalis noualis Item asc⁹ fasc⁹ panis crin⁹ ꝛc.

Scõo valde multa feminina. vt volucris secur⁹ vest⁹ restis clauis nauis febr⁹ dyocesis eclypsis. vide supra.

Tercio cõia. vt canis. rest⁹ scholar⁹ burgensis sodalis patruel

Quarto ĩfinita diectiua. vt facil gracilis. humil pisiens louanien.

De is crescentibus

Ponit Alexander diuersas exceptiões. tñ diminutꝰ est in mult⁹

Quero tibi. q̃tuplicia noĩa excipiũt in is q̃ crelunt gtõ. Dico sunt bene septuplicia.

Primo ser mascu. lapis idis. pulu⁹ er⁹. cucumis er⁹. semis ĩssis. vo mis er⁹. cinis er⁹.

Secundo mascu. is vel idis habentia. Tibr⁹ is vel idis. cassis is. vel idis. par⁹ is vel idis. tigris. is. vel idis

Sed h̃ nomen adonis habz adonidis. ꝛ est amasius veneris.

Tertio. mlra greca fe. Piramis pichl tyrãnis chrisis chlamis hes speris emorreis thqis pixis apsis eliconis nereis capis parapf

bacchis enumenis bolis diploís pbillis heroís.
Omnia dicta habent idis .ꝛ multa idis ꝛ idos.
Quarto libꝛoꝝ̃ noia ꝑ idis vel idos . Thebaís achillcis alexandreis eneis heꝛoís theſcis
Quito ꝓnymica ī is.pamis.tindarꝰ.fe.ge.ſũt.dardanís inachis.
Sexto ſunamitꝭ moabitꝭ iſraelitꝭ.fe.ſunt.
Item duo cáis generꝰ.eucharꝰ epicarꝰ.Charis grece gr̃a latine.
Omnia dicta habent idis vel idos in genitiuo.
Septimo.q̃nq; latīa ꝑ idis feminina.cuſpis egis iaſpis ibis aſpis fe.ſunt. Item duo fe.ꝑ is vel idis.vt iris iſis
Thetis ꝑ mari thetꝭ in gt̃ō. Unde Uirgilius. Que tentare Thetin ratibꝫ.in quarta egloga. Pro matre achillis habet thetidis .et ꝑ dea maris thetios.
Is itis. Is itis ꝓducta dabitꝰ.
Noia in is ꝓductā habent itis longā.pauca ſunt. Quiris quiritis. ſamnis itis.metꝭ itis.hamis itis.dis ditꝭ.glis glitꝭ.
Inde excipiunt glis gliris glis gliſſis
Os oris. Oris formabit os pro mare
Quīq; maſ.vt flos mos ros lepos glos gloris .vnū ſe.vt arbos
Os otis. Cetera dant otis
Item vnum maſcu.vt Nepos nepotis
Tria feminina.vt cos dos glos glotꝭ.
Tria cōmunia.ſacerdos impos compos.Excipiunt quattuoꝛ q̃ habent odis.vt cuſtos antipos tripos melos. Item bos habet bouis.os oꝛꝭ.os oſſis.glos gloſſis.
Scōm ꝑſcianū. Heros bꝫ herois vl' heroos. Tros bꝫ trois vl' troos.minos minois vl' minoos.rinoceros.monoceros otꝭ l' otos.
Us oris Us curtam dat oris neutro
Ut coꝛpꝰ coꝛpis.tempꝰ tꝑis.ꝛ alia vt s̄. Uide de neutris in us.
Item lepꝰ bꝫ lepoꝛꝭ. Item oīs compatiuꝰ in ius bꝫ oris longam vt doctiꝰ doctioris.fortiꝰ fortioris.ibi. Neutrū declina q̄ comparat vt duo ꝑma.
Quero tibi.quot ſunt exceptōes a regl'a. Us curtam. Dico due:
Exceptio ꝑma. Sed eris damꝰ illis
Que dant lus nus dus
De lus vt vellꝰ eris.olꝰ eris.ꝛc̄. De nus vt genꝰ generis.venꝰ veneris.de dus. vt ſidus ſideris.fedꝰ federꝭ.
Item a Sed eris damꝰ ill'.ſubexcipiunt fenꝰ.penꝰ.facinꝰ.pignꝰ que habent oris in gt̃ō. Et intercꝰ intercutis.

Item pecus hec habet pecudis. sed pecus hoc habet pecoris. Excepto secunda regula. Us curtam. De istis septem. Acus glomus latus opus vlcus viscus que neutra sunt. ꝛ vetus oñe genus. q̄ oñia habent eris in genitiuo.

Us utis. Us producta tibi dabit utis.

Ut sunt seruitus virtus iuuẽtus senectꝰ salus. Item tellus habet telluris. Palus incus habent udis.

Formabũt uris monosyllaba grus gruis ꝛ sus.

Ut thus thuris. ius iuris. ita mus crus plꝰ. Aus audis. vt laus fraus. Emaus est indeclinabile.

Ls tis. Ls aut ns aut rs s remouebis.

Rs tis. Ns tis. Tis iunges

Ut puls pultis. pars partis. ars sollers iners. mens mentis. mons pons fons. ꝛ elegãs elegãtis. petulãs demens. Itẽ oĩa ptícipia in ans ꝛ ens. vt amãs legẽs cantãs seruiẽs. Infinita sũt hmõi.

Primo. frons lens glans que habent tis vel dis.

Secundo composita a cor. vt concors. ꝛ a pendo vt libripens que habent dis.

Excipiunt

Tertio composita ab iens habent euntis. vt exiens exeuntis. rediens redeuntis.

Quarto composita ab vncia. vt q̄ncũs q̄ncũcis ꝛc.

Bs bis. Si preit s b vel m vel p faciens genitiuum.

Ms mis. Ps pis. Interpones i

Ut arabs arabis. vrbs vrbis. hyems hyemis. princeps principis forceps forcipis. Si e precedat mutatur in i. sed fallit in monosyllabis. vt plebs plebis. cleps clepis. Item hoc nomẽ auceps facit aucupis.

Nota cõposita in ceps a verbo capio habent pis. vt municeps municipis muriceps muricipis. Sed composita in ceps a nomine caput habent pitis per duplicem crescentiã. vt biceps bicipitis. preceps precipitis.

Ut itis. Ut caput capitis occiput sinciput

X gis. A verbis in go veniẽs x gis tibi formata rego venit rex regis

Ut a grego venit grex gregis

a coniungo venit coniunx cõiungis.

quod deponit n in genitiuo.

X is Lis iungunt alia tñ x pus inde remota.

Dieta quinta

Exempla sũt ⌐Fornax acis. felix icis. duplex icis. audax acis. radix
⌙icis. triplex. fornix. dux ucis. iudex.

Sz qñ e ꝑcedit tũc e mutat in i. vt iudex icis. Inde excipiũt mono-
syllaba vt nex prex. z ꝯposita. vt exlex. Item lodex icis. media lõga
z vcrucx ccis.

Exceptio ⌐Nix niuis. nox noctis. senex senis. Sphinx stix phalanx
⌙gis vel os. suppellex suppellectilis.

De quarta declinatione z quinta

Quarta declinatio hz duas terminatões us z u. us sub mascu. vel
fe. u sub neutro. de qbꝫ patuit ꝫ.

Quero tibi. Cuiꝰ generis sũt noĩa q̃rte declinatõis. Dico oĩa sũt mas-
scu. ꝓter. xj. De istis patuit ꝫ. ibi. Quarte nomen in us, vt fructꝰ
questꝰ currꝰ ambitꝰ auditꝰ ꝛc̃.

Forma declinandi noĩa quarte

	⌐Ntõ		⌐Ntõ	
In singulari	Btõ	us.	In plurali Actõ	us
	⌙Utõ⌐		⌙Utõ⌐	
	⌐Dtõ ui		⌐Btõ uum	
In singulari	Actõ um		In plurali Dtõ ibus	
	⌙Abltõ u		⌙Abltõ ibus	

Declina mihi hoc nomen domꝰ. Dico q̃ domꝰ declinat ꝑ secundam
declinationem z quartam. excepto me in vocatiuo secunde. z ex-
cepto mu in abltõ quarte. z excepto mis i datiuo z abltõ secũde.

Uersus. Tolle me mu cũ mis si declinare domꝰ vis. Declina Spũs
sanctꝰ. Postca nurꝰ vel anus cũ adiectiuo decrepitꝰ a. um.

Forma declinandi noĩa q̃nte

	⌐Ntõ es		⌐Ntõ	
In singulari	Utõ es		In plurali Actõ	es
	⌙Btõ ei		⌙Utõ⌐	
	⌐Dtõ ei		⌐B õ erum	
In singulari	Actõ em		In plurali Dtõ ebus	
	⌙Abltõ e		⌙Abltõ ebus	

Declina mihi Facies humilis. Oñia noĩa q̃nte sunt fe. ge. ꝓter dies
quod in singulari est masculinũ vel femininũ. Sed in plurali
masculini tm̃.

Declina mihi Bonꝰ vel bona dies. Et hec de declinationibus
nominũ sufficiant.

Die Sabbati Dieta sexta
Capitulum quartum

Uero tibi. De quot ꝛ quib⁹ determinaꝫ in quarto capitulo exercitij puero⁹. Dico de quattuor. ſcz de declinatione nominū compoſitiuo⁹. De declinatione nominum patronymico⁹. De declinatione ꝛ formatõe graduū cõparationis. Et de declinatõe nominū beteroclito⁹. Ecce q̃z neceſſaria ſit ipſa declinatio in grãmatica.

Quero tibi. q̃t modis fit compoſitio ſm Donatū. Dico q̃ttuor modis. Primo ex duob⁹ integr⁹ vt ſuburban⁹. Scõo ex duob⁹ corruptis. vt municeps. Tertio ex integro ꝛ corrupto. vt ineptus. Quarto ex corrupto ꝛ integro. vt nugigerul⁹. Aliq̃ ex plurib⁹ q̃z duob⁹. vt inexpugnabil' impterrit⁹.

Nota ad iſtas ⁊poſitões reducũt ⁊poſita a gero ꝛ fero. vt armiger clauiger dapifer crucifer. Item alia multa. vt ſolſticiũ eq̃noctiua puerperiũ ꝛc. Oĩa iſta declinãt ꝑ ſcõaz vel tertiã declinationez ſm regꝛas ſupra datas ꝓut finalis terminatio exigit.

Quero tibi. quot modis fit ⁊poſitio ex duob⁹ integris noĩb⁹ vel pronominib⁹. Dico trib⁹ modis. Primo ex duob⁹ rect⁹ vt reſpublica Scõo ex duob⁹ obliq̃s. vt huiuſmodi. Tertio ex recto ꝛ obliquo vt paterfamilias.

Rectos compone ſimul inflectunt vtrinq̃z
Non ſic alterutrum declines nec leopardũ

Dicit ꝙ nomina cõpoſita ex duob⁹ rectis debent declinari ex vtraq̃z parte recti. Inde excipiunt alteruter ꝛ leopardus que ſolũ declinantur ex vltima parte recti. vt alteruter alterutrius alterutri alterutrum ꝛc.

Reſpublica reipublice reipublice rempublicam

Declina mihi
Juſiurandũ iuſiurandi iuſiurando iuſiurandũ
Uetuſars veteriſartis veteriarti veterẽartem
Unu ſquiſq̃z vniuſcuiuſq̃z vnicuiq̃z vnũquẽq̃z.
Sãctuſtrudo ſanctitrudonis ſanctotrudoni
Obliquo rectum componens iunges in vnum
Ex ſola parte recti decet hanc variari.

Dicit compoſita ex recto ꝛ obliq̃ debẽt ex ſola ꝑte recti declinari. Exemplũ vt legiſperit⁹ legiſperiti legiſperito legiſperit. Ita pfa milias pfiſſamilias pfifamilias pr̃emfamilias.

Nota ꝙ obliquus quandoq̃z precedit quandoq̃z ſequitur.
Ubi obliqu⁹ p̃cedit. legiſpit⁹. vnicolor. ſenatuſconſultũz
Legiſlator diuerſicolor malogranatum.
Juriſcõſult⁹. oĩpotens ſanctimonializ cũctipotens
Ruſtiuorax armipotens. neutropaſſiuum.

Dieta Sexta

Ubi rectus ꝑcedit ⟨ Paterfamilias. liberp eri hermenias / materfamilias. buscũducis / filiusfamilias monssanctegertrudis

Si componantur obliqui non variantur

Dicit ꝙ composita ex duob⁹ obliquis sunt indeclinabilia

Exempla sunt ⟨ huiusmodi alteriusmodi huiuscemodi. i. talꝭ / cuiusmodi officiperdi vniusmodis. / ciuscemodi vitaspatrum

De nominib⁹ patronimicis

Uero tibi. Quid est nomẽ patronimicuz . Dico est qꝫ descendit ꝛ formaꝯ apꝛiꝫs noĩbus patrum vel auoruz ſm grecam formationem. ꝛ significat cuz gtõ ꝑmitiui filium vel nepotem filiã vel neptem. Exẽplum vt Pꝛiamides de. significat filiũ pꝛiami vel nepotem eius. Et pꝛiamis idis. filiam vel neptem

Quero tibi. Quare patronymica sunt ĩuenta. Dico ꝓpter duas causas. Una ꝓpter metroꝝ cõmoditatem. Alia ꝓpter sermonis bꝛeuitatem. quoniã cõmodi⁹ ꝛ bꝛeui⁹ ponit⁹ in metro ꝑamis q̃ filius ꝑami. Istoꝝ ꝑonymicoꝝ exempla apud poetas sunt creberrima

Dia ꝑonymica aut terminantur ⟨ In des vt ꝑamides. ꝛ illa sunt masculini generis ꝓme declinationis / In is ias. vel ne vt ꝑamis. menechias. acrisione / Et omnia ista sunt feminini generis tercie declinationis

De formatione patronymicoꝝ in des

Quero tibi. Quõ formãt noĩa patronymica in des. Ego distinguo Aut ꝓpꝛia nomina a quibus formant sunt ꝓme aut secunde aut tercie declinationis

Si ꝑmitiuũ sit ꝓme ⟨ Aut ntũs terminat in as. vt eneas andꝛeas. tũc inter a ꝛ s ponat de fit eneades andꝛeades / Aut terminat in es vt anchises. tũc ab ei⁹ gentiuo formatur mutãdo e in ides. vt Anchise anchisides.

Sed nota ꝙ Uirgilius contra hãc legem dicit Enides mutando e ꝛ a in i lõgũ ꝑ figuraz que dicit synꝛesis. Ita quoqꝫ sepe addit lrãm. vt Anchisiades ꝑ Anchisides. Et quare addit vel subtrahitur littera. Dico causa metrozum. quozum gratia multe figure inuente sunt

Die Sabbati

Si primitiu sit sde

Aut gtūs terminat in i simplū. tūc addit des vel ne. vt Paami Pamides. adrasti adrastine
Aut terminat in ij duplū. tūc vltimū mutatur in ades vel one. vt virgilij virgiliades aut virgiliōe
Sic ab acrisij acrisiades vel acrisione
Aut terminat i ei. tūc ei mutat in ides. vt a thesei thesides. a pelei pelides

Sed nota q̄ qñq; hic lrā mutat. vt tidei mutat d in t. et dicitur tidides loco tidides. Unde Ouidius. Non ego titides a quo tua saucia mater. Quādoq; lrā addit. vt Peliades p Pelides
Si p̄mitiua sint tercie. tūc patronimica formāt a dtō addendo des vt scipioni scipionides. athlanti athlantides
Sed nota ꝓtra hāc regulā pocte sepissime metro ꝙ suoꝙ gr̄a lr̄aꝫ addunt. vt athlantiades p athlantides. phetontiades pro phetontides. Virgili⁹. Tum phetontiades musco circundat amare corticis ꝛc. Qñq; subtrahūt lr̄am vel syllabā. vt scipiodes p scipionides. deucalides p deucalionides

Patronymica in is formātur a patronymicis in des. subtracta illa syllaba de. vt a priamides qđ est fili⁹ vel nepos priami p subtractionē de venit priamis. qđ est filia vel neptis priami
A tindarides tindaris
Patronimica ī tas etiaꝫ formant sic a patronymicis in des subtracta de. ꝛ formant solū ab illis q̄ habent a ante des?
Exemplū a Menechiades qđ est fili⁹ vel nepos menechij. scilicꝫ Patrocl⁹ venit per subtractionem de menechias. quod est filia vel neptis menechij
Patronymica in des declinantur per primam declinationem sicut enchises

In singulari		In plurali	
Ntō hic priamides		Ntō hij priamide	
Gtō hui⁹ priamide		Gtō horꝙ priamidaꝙ vel priamidum p syncopam	
Dtō huic priamide		Dtō his priamidis	
Accō hunc priami	dam den da	Abltō ab his priamidis	
Utō o priami	de des	Accō hos priamidas	
		Utō o priamide	

Ablatiuo ab hoc priamida vel priamide
Patronymica in is femínina sunt. et declinantur per ter-

Dieta Sexta

tiam declinationem hoc modo.

In singulari	In plurali
Ntō hec dardanis	Ntō he dardanides
Gtō huiꝰ ⸗idis	Gtō harū dardanidū
dardan ⸗idos	Dtō his dardanibꝫ
Dtō huic dardanidi	Actō has ⸗ides
Actō hanc ⸗idem	dardan ⸗idas
dardan ⸗ida	
Utō o dardani	Utō o dardanides
Abltō dardanide	Abltō dardanibꝫ

Nota pronymica in ias vt pelias menechias declinãt eodem modo p duplicẽ grm̃ z duplicẽ actm̃ sic̃ dardanis. Et pronymica in ne sũt apꝺ nos rarissima. z habẽt es in gtō sic̃ parasceue pasceues. in actō em vel en. in alijs semp e.

Nota Genesis habz is vel ios in gtō. in actō im. in vtō is. in alijs ca sibꝫ semp i.

Dat moyses moysi reliquos terne sociabis.
Dat iesus um quarto. reliquis u semp habeto

Nota Jesus fm Johannẽ tortelli scribi debet sine h. qꝺ ꝓbat ꝑ grecam scpturã, quã sane nos imitari oportet.

De comparatione adiectiuorum per tres gradus.

Quero tibi. Ad qꝺ vtile est scire compare adiectiua p tres gradꝰ positiuũ compatiuũ z suplatiuũ. Dico

Primo ad regl'az adiectiui z substãtiui. s. qꝺ pacto adiectiua compatiua z suplatiua debite vniant cũ substantiuis sub ꝯuenientia triũ accidentiũ

Ad tria

Scꝺo valet ad compandũ res ad inuicẽ penes excessũ aliquẽ paruũ aut magnũ

Tertio perutile est ad exornationem nominũ substantiuorum.

Uñ sic̃ campꝰ sine pulcris floribꝫ. z hō sine cultis vestibꝫ nil voluptatis in se hz. Ita qz est de substãtiuis captis nude sine adiectiuis compatiuis z suplatiuis.

	Magister doctꝰ	Mgr̃ doctissimus
	frater deuotꝰ	frater deuotissimus
Cũ dico	aduocatꝰ eloquẽs. Sz cũ dico	aduocatꝰ cloq̃ntissimꝰ
	mercator liberalis	mercator liberalissimꝰ
	⸗laus est tenuis	⸗hic plena laus est

Per superlatiua igit z compatiua orões nostras efficimꝰ splendidi-

ores. Et ꝑter magnã rex ꝯsonantiã epl'as nras reddim⁹ illustrissimas. Stilũq; nr̃m magis amplũ longũ ⁊ optimũ. de q̃ pulcre in q̃ntodecimo elegantiaꝫ ꝑcepto

O ꝑceptores charissimi vr̃as optimas traditiuas moneo ⁊ exhortor vt pueri vr̃i sũmope inducãt in noticiam adiectiuoꝝ positiui ꝯparatiui ⁊ suplatiui. Accipiant tria substãtiua ꝓme ⁊ scõe declinationis diuersoꝝ generũ cũ positiuo ⁊ superlatiuo scõe. Et erit sp ꝯsonantia in fine. Ut sic

	~dominus	magn⁹	maior	maximus
Ntõ	domina	magna	maior	maxima
	⸗regnũ	magnũ	mai⁹	maximum
	~domini	magni	maioris	maximi
Btõ	domine	magne	maioris	maxime
	⸗regni	magni	maioris	maximi

Et ita per ceteros casus. et videbunt pueri in fine consonantiam.

Si in tertia declinatione accipiuntur tria substantiua diuersoꝝ generũ cũ positiuo ⁊ compatiuo. Et licet in rectis non sit ꝯsonantia tñ in obliquis.

	~Confessor	celeber	celebrior	celeberrim⁹
Ntõ	virgo	celebris	celebrior	celeberrima
	⸗Altare	celebre	celebri⁹	celeberrimũ.
	~Cõfessoris	celebris	celebrioris	celeberrimi
Btõ	virginis	celebris	celebrioris	celeberrime
	Altaris	celebris	celebrioris	celeberrimi
Dtõ	~Cõfessori	celebri	celebriori	celeberrimo.
	⸗virgini	celebri	celebriori ;ꝛc.	Ita de alĩs

Et assignent regl'e declinationũ. Sed si accipiant duo substantiua ꝓme ⁊ secunde ⁊ adiectiuũ tertie. aut econtrario videbũt dissonantiã in finali terminatõe ꝑter in suplatiuo.

Et illa compatio est difficilior Exemplum

	~populus	fortis	fortior	fortissim⁹
Ntõ	villa	fortis	fortior	fortissima
	⸗oppidũ	forte	fortius	fortissimũ
	~populi	fortis	fortioris	fortissimi
Btõ	ville	fortis	fortioris	fortissime
	⸗oppidi	fortis	fortioris	fortissimi
	~populo	forti	fortiori	fortissimo
Dtõ	ville	forti	fortiori	fortissime
	⸗oppido	forti	fortiori	fortissimo ꝛc.

Sic prudens lector sepesepi⁹ pueros declinare ⁊ ꝯpare faciat adie

ctiua ꝛ substantiua simul ꝑ tres gradꝰ. Et dicaꝫ eis ꝙ tota latina lingua stat in finali terminatione nominũ. ꝓnominũ. participiorum ꝛ verboꝝ

Quero tibi. q̃ noia ꝯpanꝫ. Dico nll'a substãtiua capta substãtiue. sz. sola adiectiua. An oĩa adiectiua. Dico nõ. Que adiectiua ꝛ q̃ nõ. Dico sola adiectiua vbi in teutonico potest addi. noch mer. oder aller. vt doctꝰ. gelert. noch mer gelert. aller gelerster. Ex quo sequit ꝙ ista nõ ꝯpanꝫ. oĩs. nullꝰ. q̃libet. totꝰ. nec numeralia. vt vnuz duo tria ꝛc. Item nec ista. cãpester. pedester equester.

Quero tibi. in q̃d terminaꝫ oĩs ꝯpatiuꝰ. ꝛ cuiꝰ declinatiõis est. Dico oĩs ꝯpatiuꝰ terminaꝫ in or vel in ius. sub or est mascu. ꝛ fe. sub ius ncu. ꝛ sp est tertie declinatõis. iõ cũ substãtiuo ꝑme vel scõe declinatõis nũq̃z hz in oblq̃s ꝯsonantiã in finali terminatõe

Quero tibi. in q̃d terminaꝫ oĩs suplatiuꝰ. ꝛ cuiꝰ declinatõis est. Dico. semp termiaꝫ in mus. ma. mũ. Et est ꝑme vel scõe declinatõis ideo cum substantiuo tertie nõ habet ꝯsonantiã in finali termination.

Quero tibi. in q̃d terminaꝫ positiuꝰ: ꝛ cuiꝰ declinatõis est. Dico ꝙ mlte sũt eiꝰ terminatiões. ꝛ iõ est diuersaꝝ declinationũ.

Positiuus quandoq̃z terminatur in us. a. um. vt albus magnus. Quandoq̃z in er vel ur aut um. vt niger satur. Et sub istis tribꝫ terminationibꝫ semp est secunde vel ꝑme declinatiõis. Quandoq̃z terminaꝫ in er is ꝛ e. vt celeber alacer. Qñq̃z in is ꝛ e. vt fortis forte. grauis graue. Qñq̃z in vnã terminatiõem ꝙ oĩa genera. vt pauper vetus prudens sollers felix. Et sub istis vocibꝫ est tertie declinatõis. Unde Alexander

Declinat terna positiuum siue secunda.
De formatione compatiui a positiuo

Quero tibi. Quõ formaꝫ compatiuꝰ a positiuo. Dico sic. Ad gtiũ secunde declinationis. vt docti pulcri. adde or vel us. sic habes compatiuos doctior doctiꝰ. pulcrior pulcrius. Unde Alexander

Si tibi declinat positiuum norma secunde. I breuies quam dat genitiuꝰ. ꝛ or supaddes.

Ad datiuũ tertie declinationis. vt forti pauperi. adde or ꝛ us sic habes compatiuos. vt fortior pauperior. Unde Alexander.

Terne consimili formabunt more datiui.

Quero tibi. quot modis fallit illa regularis formatio ꝯpatiui a gtõ secunde vel a datiuo tertie. Dico quinq̃z modis.

Primo fallit in istis q̃nq̃z compatiuis. Sinisterior. maior. iunior. nequior. ꝛ potior.

Die Sabbati

Scdo fallit qñ ante us p̄cedit i vel u in scda declinatõe. Et qñ ante is p̄cedit u in tertia. qz tũc compariu⁹ nõ terminat in oz sed capit positiu⁹ cũ aduerbio magis

Exempla
- Pius magis pi⁹ pissim⁹. Pia magis pia ꝛc.
- Ardu⁹ magis ardu⁹ arduissim⁹.
- Tenuis magis tenuis tenuissim⁹.

Nota tñ ꝙ ab ardu⁹ strẽnu⁹ industri⁹ ꝓpri⁹ reperiũt arduior strenuior industrior ꝓprior.

Tertio fallit ī ist⁹. diues nõ diuitior sz ditior p subtractiõez syllabe. Amic⁹ nõ amicior sz amicicior p additõez syllabe. Ita q̄z ipurc⁹ spucicior. pudic⁹ pudicicior. ita inimic⁹ impudic⁹.

Quarto fallit in compariuis formatis a ꝝbo aduerbio ꝛ ꝓpositiõe. q̄ compariui nõ formãt a ḡtõ vel d⁹õ tertie. Ideo quero tibi. quot sunt ꝝba aduerbia ꝛ ꝓpositões q̄ supplent vicem positiui. Dico. vnũ est verbũ. vnũ aduerbiũ. ꝛ noue ꝓpositões fm Alexandrũ. vt patet in figura sequenti.

De verbo
- Detero. verergeren.
- Detero deterior deterrim⁹

De aduerbio.
- Prior pridem prim⁹

De ꝓpositiõibꝫ

Post	posterior	postrem⁹
extra	exterior	extrem⁹
supra	superior	suprem⁹
ante	anterior	caret suplatiuo
infra	inferior	infim⁹
intra	interior	intim⁹
citra	citerior	citim⁹
vltra	vlterior	vltim⁹.
prope	propior	ꝓxim⁹.
sepe	sepi⁹	sepissime
raro	rari⁹	rarissime
cito	citi⁹	citissime
nuper	nuperi⁹	nuperrime.

Ad hec sũt aduerbia quattuor.

Quinto fallit in adiectiuis ꝓpositis ab istis q̄ttuor. loquor dico volo ꝛ facio. q̄ꝫ ꝓposita formãt sua ꝓpariua ꝓtra regl'az p entior. et sua suplatiua ꝓtra regl'az p entissim⁹

De loq̄r vaniloqu⁹ vaniloq̄ntior entissim⁹. doctiloqu⁹ doctiloq̄ntior entissim⁹. ml'tiloqu⁹ ml'tiloq̄ntior entissim⁹. magniloqu⁹ ꝛc. ꝛentissim⁹. multiloqu⁹ multiloquentior entissim⁹.

De dico
- veridic⁹ veridicentior entissim⁹
- falsidic⁹ falsidicentior entissim⁹
- fatidicus fatidicentior entissim⁹. i. fata dicẽs

Dicta Sexta

	benīuol⁹	benīuolentior	lentissim⁹
De volo	malīuol⁹	malīuolentior	lentissim⁹
	multīuol⁹	multīuolentior	lentissim⁹
	magnific⁹	magnificentior	entissim⁹.
De facio	benefic⁹	beneficentior	entissim⁹.
	malefic⁹	maleficentior	entissim⁹.

De formatione superlatiui a positiuo.

Quero tibi. Quomodo formaꝫ superlatiu⁹ a positiuo. Dico ad genitiuum secunde declinationis. vt albi ⁊ docti. adde s ⁊ sim⁹. sic habes suplatiuos vt albissimos doctissimos. ibi Us q3 secunda tenēs superantē de genitiuo Sic formes .s iunges atq3 sim⁹ sup addes. In terna forma sim⁹ addes cum genitiuo. Et ad datiuū tertie. vt forti prudenti. adde s ⁊ sim⁹. sic habes superlatiuos vt fortissim⁹ prudentissim⁹. Sed si nominatiu⁹ terminaꝫ in er. tunc ad nominatiuum adde rim⁹. vt pulcerrim⁹ nigerrimus. Item vberrimus celeberrimus. ibi. Cum tenet r rectus rim⁹ est illi sociandus.

Quero tibi. q̄t modis fallit ista regl'aꝛ formatio suplatiui.

Primo fallit in istꝫ suplatiuis deterrim⁹. p̄m⁹. postrem⁹. extremus. intim⁹. citim⁹. q̄ nō habent veros positiuos. sꝫ voces q̄ supplēt vices positiuoꝝ. vt dictū est.

Secūdo fallit in ill' q̄ faciūt suplatiuos p̄ entissim⁹. vt benīuolentissim⁹. magnificentissim⁹. Nam regulariter diceret benīuolissim⁹ magnificissim⁹.

Tertio fallit in q̄nq3 adiectiuis designatꝫ p̄ fag⁹ q̄ habent lim⁹ per l dupler. Exempla sunt. Facil' facilior facillim⁹. humil' ior. humillim⁹. agil' ior. agillim⁹. simil' ior. simillim⁹. gracilis gracilior gracillim⁹

Quarto fallit in ver⁹ veterrim⁹ nō veterissim⁹. satur saturissim⁹ vel saturrim⁹. ita matur⁹ maturissim⁹ vel maturrim⁹.

Item hoc nomen Celsus sic comparaꝫ. Celsus celsior summ⁹ Celsa celsior summa. Celsum celsi⁹ summū ⁊c̄.

Quinto fallit in suplatiuis que non habent regularem formationez a suis positiuis. sed omnino discrepantiā habent cum positiuis in p̄mis syllabis.

Quot sūt suplatiua q̄ in p̄ncipio nō habent eandem syllabā cū positiuo. Dico sex. vt Bon⁹. mal⁹. magn⁹. paru⁹. mult⁹. ⁊ celsus. sic patet in figura sequenti.

Compara ⁊ declina mihi Bon⁹ bona bonū cum trib⁹ substantiuis

	⸗Popul⁹	bon⁹	melioꝛ	optim⁹
Ntō	⸗Natio	bona	melioꝛ	optima
	⸗mun⁹	bonū	meli⁹	optimū
	⸗populi	boni	melioꝛ	optimi
Gtō	nationis	bone	melioꝛis	optime
	⸗muneris	boni	melioꝛis	optimi.

Et sic de alijs declinatōibꝫ. Compara ⁊ declina mihi mal⁹ cū tribus substātiuis. pirata papyr⁹ scisma.

	⸗pirata	mal⁹	peioꝛ	pessim⁹
Ntō	papyr⁹	mala	peioꝛ	pessima
	⸗scisma	malū	pei⁹	pessimū
	⸗pirate	mali	peioꝛis	pessimi.
Gtō	papyri	male	peioꝛis	pessime
	⸗scismatis	mali	peioꝛis	pessimi

Et ita consequenter.

Magn⁹	maioꝛ	maxim⁹	Mult⁹	plurim⁹	
magna	maioꝛ	maxima	multa	plurima	
magnū	mai⁹	maximū	multū	pl⁹	plurimū
Paru⁹	minoꝛ	minim⁹	cels⁹	celsioꝛ	summ⁹
parua	minoꝛ	minima	celsa	celsioꝛ	summa
paruum	min⁹	minimū	celsum	celsi⁹	summū.

Nota mult⁹ caret compatiuo in mascu. ⁊ fe. Sed in neutro genere ꝫ pl⁹. Sed in pli nō caret. ſꝫ habet compatiuū ꝑ oīa genera ⁊ casus. vt Ntō bi multi plures plurimi. be multe plures plurime. bec multa plura plurima.

Quero tibi. q̄r sūt positiua q̄ carent suplatiuis. Dico q̄tuoꝛ. vt anteioꝛ. senex senioꝛ. iuuenis iunioꝛ. adolescens adolescentioꝛ. Uñ Alexander. Ante senex iuuenis adolescens q̄tuoꝛ ista Sola quidem solis vtunt compatiuis.

Quero tibi. an oīs compatiu⁹ crescat supra positiuū. Dico sic. Sꝫ inde excipiunt q̄nq̄ compatiua q̄ non crescunt. Uñ vers⁹. Uoce grad⁹ medij supant p̄mos nisi quini. Junioꝛ ⁊ maioꝛ peioꝛ p̄ioꝛ ⁊ minoꝛ ista.

Die Lune Dicta septima

De nomiuibꝫ heteroclitis

Uid est nomen heteroclitū. Dico. qꝺ nō vno mō ſꝫ diuersimode declinatur. vt Celum in singulari declinatur vt scamnū. ⁊ in plurali declinat vt mḡri. Quotuplicia sunt heteroclita. Dico sextuplicia. Quedam sunt genere tm̄. vt celum loc⁹. Quedā numero vt nuptie. q̄dā declinatiōe tm̄. vt vas sincer⁹.

Dieta Septima

Quedã casu. vt viscere iupiter fors. Quedã genere ⁊ declinatiõe sil. vt epulũ. Quedã significatione, vt stirps. ops.

De heteroclitis genere tm̃

Quero tibi. q̃t sunt heteroclita genere tm̃. Dico circiter. xxvj. Quot sũt heteroclita q̃ sub us in singl'ari sunt mascu. ⁊ sub a in plurali neutra. Dico. xiij. Sibil⁹ phyfe. Supar⁹ lang ermel. Tartar⁹ die helle. Infern⁹ idem. ⁊ Menela⁹ quidã mons. Auern⁹ mons quo itur ad infernum. Dindim⁹ mons q̃dam. Hisinar⁹ arbor in via inferni. Pille⁹ eyn huot. Sargar⁹ mons vel incola mõtis. Loc⁹ eyn platze. Jocus schympff. Balthe⁹ eyn gyrtel Sz ista tria in plurali habent i vel a

Jsta in singulari declinanť sicut dñs ⁊ in plurali sicut scamnum

Quero tibi. quot sunt heteroclita q̃ i singulari sũt fe. ⁊ i plurali neu. Dico ser. quoꝝ q̃tuor sũt scõe ⁊ duo tercie declinatõis. Carbas⁹ velum nauis. Pergama die muren zu troye. Arbut⁹ eyn baum. cui⁹ fruct⁹ arbutum. Intubo quasi int⁹ bona. gen⁹ fruct⁹. Altil eyn huyfhen. Suppeller. eyn deck oder huyfrat. Quatuor prima declinanť in singulari sicut papyr⁹ vel pom⁹. et in plurali sicut scamna. Alia p terciam

Quero tibi. q̃t sunt heteroclita q̃ sub um in singulari sunt neutra. et sub i in plurali sunt mascu. Dico septem.

Celum. der hymmel	Claustrum. eyn kloster.
Rastrum. en eg	Filum. eyn faden
Porrum. lauch	Capistrum. eyn halffter
Frenum. eyn zaum.	

Jsta in singulari declinanť sicut scamnũ. ⁊ in pl'i sic̃ magistri. Sed frenum claustrũ filum ⁊ capistrũ in pl'i etiam p a declinanť. quod est magis in vsu.

Quero tibi. q̃t sunt heteroclita q̃ in singl'ari habent diuersas terminationes. ⁊ sũt diuersoꝝ generũ. ita ⁊ in pl'i etiã diuersoꝝ geneꝝ. Dico multa sunt.

Tign⁹ hic vel hoc tignum	Jsop⁹ hec vel hoc isopum.
Punct⁹ hic vel hoc punctum	Crocus hec vel crocum
Scrupul⁹ hic vel scrupulum	Nard⁹ hec vel nardum
Angiport⁹ hic vel angiportum	Bux⁹ hec vel buxum
Pastill⁹ hic vel pastillum	Tax⁹ hec vel taxum.
Cyrograph⁹ hic vel cyrographum	Et quedã noĩa fluuioꝝ
Singraph⁹ hic vel singraphum	Rhen⁹ hic vel rhenum
Paragraph⁹ hic vel paragraphũ	Tanagr⁹ hic vel tanagrũ
Kalendari⁹ hic vel kaleudarium	Hiber⁹ hic vel biberum

Die Lune

ozarius hoc vel ozariū natalis ḃ. hoc natale. noualis vel le.
breuiarius hic vel breuiarium naualis hic. hoc nauale
Jta ⁊ alia librozum nomina cornus hic. hoc cornu
cristallus hec vel cristallum tonitru⁹ hic. hoc tonitru vel uū.
smaragdus hec vel smaragdū Jsta ꝑnunc sufficiūt. Sūt alia
margarit⁹ta. tū. reperitur de quib⁹ nō potest dari regl'a

*Nota oīa p̄dicta noīa sunt genere tm̄ heteroclita. i. varia in genere. sz semp sub illo vario genere sunt eiusdem declinatōis.

De heteroclitis declinatione tm̄.

Quero tibi. quot sunt nomina adiectiua que sunt heteroclita declinatione tm̄. Dico. xij. vt sequitur

Js vel us ista suis dices dare compositiuis
Cera iugum limus animus colus arma bacillus
Cum norma neruum cum freno collige cliuum

Dicit ꝙ cōpositā ab istis dictionib⁹. cera iugum lim⁹ sub us sūt secunde declinationis ⁊ sub is tertie. vt patet in figura sequenti.

A cera sincerus a um vel hic ⁊ hec sinceris ⁊ hoc re
a iugum subiug⁹ a um vel hic ⁊ hec subiugis ⁊ hoc ge
a limus sublim⁹ a um vel hic ⁊ hec sublimis ⁊ hoc me
ab anim⁹ magnanim⁹ a um vel hic ⁊ hec magnanimis ⁊ ḃ me
a colus incolum⁹ a um vel hic ⁊ hec incolumis ⁊ hoc me
ab arma inermus a um vel hic ⁊ hce inermis ⁊ hoc me
a bacillus imbecill⁹ a um vel hic ⁊ hec imbecillis ⁊ hoc le
a norma enormus a um vel hic ⁊ hec enormis ⁊ hoc me
a neruus eneruus a um vel hic ⁊ hec eneruis ⁊ hoc ue
a frenus effrenus a um vel hic ⁊ hec effrenis ⁊ hoc ne
a somnus insomn⁹ a um vel hic ⁊ hec insomnis ⁊ hoc ne
a cliuus ꝑcliuus a um vel hic ⁊ hec ꝑcliuis ⁊ hoc ue

Quero tibi. quot sunt substātiua tertie ⁊ scē declinatōis sub eodē genere. Dico in ꝑmptu quattuor sunt.

Vas vasis in singulari tertie. Jn pl'i Uasa sorum. scē. Juger iugeris. tertie. Jugerum ri. scē. Sed ī pl'i Jugera semper est tertie tm̄

Delphin inis. tertie. delphinus ni. secunde
Elephas antis. tertie elephantus ti. secunde

Quero tibi. quot sunt heteroclita secunde ⁊ quarte declinationis.

Dico ſm Alexandrum

Jsta solent quarta variari siue secunda
Cum lauro quercus pinus cornus ꝫ ficus ꝛc.

Dieta Septima

Quero quot sunt masculina quarte ꝛ secunde. Dico ꝙ Alexander ponit nisi quinq;. sed addunt quatuor. vt sunt
Lac⁹ us vel i. Spec⁹ us vel i. Lectus us vel i. ortus us vel i. cantus us vel i. Art⁹ us vel i. Fast⁹ us vel i. sinus us vel i. Lest⁹ us vel i In aliquib⁹ significatum mutat

Quero tibi. quot sunt femínina quarte ꝛ scde declinationis. Dico fm Alexandrū octo. ꝛ addit vnum. s. ac⁹ qđ etiā est tertie. Laur⁹ us vel i Querc⁹ us vel i Pinus us vel i. cornus us vel i. Ficus us vel i. Colus us vel i. domus us vel i. Pen⁹ us vel i. Acus us vel i. Nota fic⁹ ꝙ morbo est secunde. ꝙ arbore quarte. pro fructu secunde ꝛ quarte. vt ꝙbatur in opere maiori per multa doctissimorum exempla

De heteroclitis genere et declinatione simul

Pascua sola datur: sed pascua plura dabunt
Est zyzanía sunt zyzanía plura nicq; ꝛc̄.

Quero tibi. quot sunt heteroclita feminina ꝑme in singulari. duo
Pascua e. fe. in fri ꝑme. In plurali pascua orum. neu. secunde
Zyzanía e. fe. in singulari ꝑme. In pl'i zyzanía orum vel arum.
Balneū i. neu. in singulari scde. In pl'i balnea or̄ vel arum.
Amigdalū i. neu. in fri scde. In pl'i amigdala or̄ vel ar̄.
Epulū i. neu. in singulari scde. In pl'i epule ar̄ ꝑme
Deliciū ēi. neu. in singulari scde. In pl'i delicie ar̄ ꝑme

Addunt extra textū Alexandri

Pisa fe. ꝑme. pisum neu. scde. Panthera fe. ꝑme. pāther neu. tercie
Glomus mi. mascu. scde. glomus eris. neu. tercie. Ventus iuss⁹ ꝑmissus in singulari mascu. quarte. in plurali neutra secunde.
Penus in mascu. scde. pen⁹ oris. neu. tercie. Pen⁹ us ui. fe. q̄rte.
Penū neu. scde. Penu neu. indeclinabile.

De heteroclitis numero

Quero tibi. quot sunt masculina que carent singulari numero? Dico Alexander ponit quatuor. s. Manes proceres penates ꝛartus. Addunt quedam

Masculiua tercie que carent singulari

Manes ium ibus. Proceres um ibus. Penates um ibus. Art⁹ um ubus. Alpes ium ibus Aborigines. i. rustici ꝙ origo ignorat. Mirmidones nū ib⁹. Formidones nū ib⁹. Dolones nū ib⁹ Fasces ium ib⁹. Sed Fascis fascis. i. onus, Uñ. Pondera sunt fasces. fasces dicūtur honores

Die lune

Quero tibi. quot sunt nomina feminini generis ꝑme declinationis que carent singulari numero. Dico ſm Alexandrum sex. Sed adduntur plura

Feminina ꝑme declinationis

Tenebre ax. manubie inficie threne ax vel threni orum insidie ax deccubie. decime kalende parce diuitie ax. repetīde siliq. none athene. nuptie ax. recubie exqlie idus uum. thebe īducie arum. treuge nūdine nuge venecie mine arū. exeqe expense. excubie latebre. Addunt exuuie induuie. ꝑmicie delicie ꝛc. Illecebre Sz mlta istox reperiuntur in singulari.

Feminina tercie carentia singulari

Edes diū. nereides naydes cantes eumenides. forces rium. driades pierides gades grates sentes lactes.

Quot sunt noīa neutri generis q̄ carent singulari. Dico Alexander ponit quinque. ſ. ilia menia sponsalia que sunt tercie. arma ꝛ exta secunde Adduntur multa

Neutra tercie carentia singulari

Sponsalia liū. funebria iū. columbaria iū. menia iū. funeralia ium. palearia iū. ilia iū. magnalia iū. saturnalia iū. velox̄ū. milia ium. magalia iū. vulcanalia iū vel ox. virilia liū. mapalia iū. bachanalia iū vel orum. muliebria brium. noualia iū. floralia iū vel ox. genitalia lium. laq̄aria iū. mercurialia iū vel ox. sandalia liū. femoralia liū. Et alia deox festa. Furabula orum. i. tenebre.

Neutra secunde carrentia singulari.

Arma orū	carthesia	dyonisia	subtellia
Ecta orū	funabula	caspia	bucolica
pudēda orū	tristega	orgia	georgica
verēda orū	transtra	alucia	cronica
encenia orū	rostra	crepundia	topica
solēnia orū	vaccinia	iseria	phisica
insignia orū	ligustra	Et si qua sunt similia

Adiectiua declinabilia que carent singulari numero

Ambo	be	bo	Cōplures	es	cōplura	Sigli le la
duo	e	o	ceteri	re	ra	bini ne na
tres	tres	tria	Inferi	re	ra	trini ne na
plerīq̄			superi	re	ra	q̄terni ne na
plereq̄			exteri	re	ra	quini
pleraq̄						Et sic de alīs

Item sunt multa adiectiua indeclinabilia q̄ carent singulari nūero

Dieta Septima

Huiusmodi tot frugi quotqt presto huiuscemodi
Cuiusmodi quot quinqz nugas nequã uniformis
Eiusmodi aliqt decem pscudo mancipi
Alteriusmodi totidẽ centũ ꝛc. q̃z aliq̃ sunt singl'aria

Substantiua indeclinabilia
que carent plurali numero.

Sausape p̃neste p̃sepe cepe cerbe sinapi gũmi nausi. nephas ador che rubin seraphin pondo chaos nil pus. archos logos nihil fas dya tesseron hierologodion viꝰ pir ir. ꝛ oĩs dictio materialiter posita

Substãtiua declinabilia q̃ carẽt pl'i

Aliqua noĩa metalloꝝ. vt sunt aurum. argentũ. cuprũ. auricalcum. stannũ. plumbũ. blictrum.

Aliqua humentia. vt sũt ceruisia. nectar. claretũ medo lac oleũ aceꝫ tum mellicratũ hipocraticũ. Aliq̃ que vendunt̃ ꝑ pondus. vt sũt lardũ butirũ piper crocꝰ zinziber gariofolũ cinamomũ Aliq̃ ꝑ mẽsurã vẽdibilia. vt sũt triticũ siligo spelta pix. Sz bladũ frumentũ auena habẽt nũeꝝ pl'alez. Itẽ pax sanguis ꝑ cruore. vulgꝰ pelagꝰ tellꝰ humꝰ gelu. ꝛ oĩa ꝑꝑa noĩa vniuoce capta carent numero pl'i Unñ Alexander. Nõ licet vniuoce ꝑpriũ tibi pl'a notare. Sz qñ capiunt̃ eq̃uoce tunc habent pluralem numerum.

De hereroclitis casu

Ista sũt q̃druplicia. quedã carẽt vtõ. vt nullꝰ vter. quedaz carẽt ntõ ꝛ vtõ. vt nece p̃ce. q̃dã carẽt oĩbꝫ p̃ter ntm̃ ꝛ vtm̃ ꝛ ablm̃ vt fortis. quedã carent oĩbꝫ p̃ter solũ ablm̃. vt celite

Que querũt que distribuunt referũtqz negãtqz
Infinita quoqz casu caruere vocante.

Hic ponit q̃ntuplicia noĩa carẽtia vtõ casu. Prio noĩa q̃sitiua. q̃s q̃l' q̃ntꝰ cuiꝰ cuias. Scõo noĩa distributiua. q̃libz q̃sqz vterqz oĩs distributiuũ. Tertio noĩa ꝛ ꝑnoĩa relatiua. q̃ is suꝰ ipe sui. Quarto negatiua. nullꝰ nẽo neuter. Quinto infinita. q̃cũqz q̃liscũqz. non hõ nõ lapis. Cõtra. O vos oẽs q̃ trãsitis ꝑ viã. ibi oẽs hz vtm̃. Dico ꝙ nõ capit̃ ibi distributiue sz collectiue. Quinqz noĩa q̃ habẽt ius in gtõ carẽt vtõ. Ullꝰ alter vter aliꝰ nullꝰ. Sz totꝰ solus vnꝰ habent. Omnia ꝑnomia carẽt vtõ ꝑter q̃ttuor. Unñ Alexander. Tumeꝰ ꝛ nr̃ nr̃as habuere vocãtes. Quinqz carẽt ntõ ꝛ vtõ. necꝭ viꝭ ꝑcis frugis addit̃ dapis. Quot sũt noĩa q̃ habẽt solũ ablm̃. Dico duo. forte spõte. Macte in vtõ tm̃ repit̃. tm̃ hz in Oracio. Macte ꝛrute esto. Tabes declinat̃ ꝑ oĩes casus in singl'ari, i. putredo. sz Tabi idem est, ꝛ nõ hz nisi tabo.

Die Lune

Quero tibi. quot sunt que habent solū ablatiuum in singulari. tamen in plī habent omnes. Dico quattuor. Brate. celite. viscere. vepre. Uesper⁹. der abent sterne. Etiā. der morgen sterne. Uespa. die zyt wan die son vff gat. Uesperū. die zyt wan die son vnder gat. Uesper. eyn ieglich stund von dem tag. Uesperi vesperorūz. die psalmen welch man in der vesper singet. Uespere arum. das ampt von der vesper.

Ita dicim⁹ iam pulsatur ad vesperas. id est. ad officiū vespertinuz cantandum.

De heteroclitis significatione

Quero tibi. quot duplicia sunt heteroclita significatōe. Dico septuplicia. Quedā fcant pla sub eodez genere nūero z casu z accentu. Quedā fcant pla sub diuersis generib⁹ tm̄. Quedā sub diuersis numeris. quedā sub diuerf declinatōib⁹. quedā sub diuersis casib⁹ quedā sub diuersis accentib⁹. quedam simul sub diuersis generib⁹ z declinatōib⁹. Exemplū de heteroclitis que pla fcant sub eodem genere numero z casu declinatiōe z accentu. vt canis fatū, mun⁹. z multa alia.

Latrat in ede canis. nat in equore. fulget in astris.
Fatū moꝛs. fatū soꝛs. sit constellatio fatum
Munus significat onus officiū quoqz donū.

Da exemplū de heteroclitis q̄ plura fcant sub diuerf generib⁹. Dico stirps. calx. dis. cassis. z multa alia.

Hic stirps est vitis: hec stirps pgenies sit
Calx mas pungit equū. sz stringit femina murū
Dis p plutone: vel dis pro diuite pone
Cassis idis galea: capitur casse fera retenta
Decidit in casses fera petita meos.

Da exemplū de heteroclitz q̄ pla fcant sub diuerf declinatōib⁹. Dico ortus. cet⁹. fast⁹. liber. z multa alia.

Ortus tus solis. ortus ti procreat olus
Fastus ti. liber est. fastus tus pompa vocat
Liber id est codex vel raptus ab arboꝛe coꝛtex
Liber id est bacchus. vel vir sine compede nat⁹
Frons frondis folium. frons sit capitis pars.

Da heteroclitū qđ sub diuerso nūero pla significat. Dico sal littera fascis supplicīū copia.

Hic onus est fascis. hi fasces dantur honoꝛes
Sal neutri generis condimentū notat oꝛis.

Dieta octaua

Hic sal si dicas id quod sapientia signat

Item hoc nomen lra in singl'ari est mima pars vocis seu dictionis Sed lre in pl'i significat cartã vel missiuã pluribꝫ lris ꝓscriptam vt scꝑsi decano vnas lras. ꝛ nõ vnã lraz. Item supliciũ in singularí est pena. in pl'i supplicatões. Unde Salustꝰ. Nõ votꝭ neqꝫ supplicijs mulierib⁹ auxilia decoꝝ parant. sꝫ vigilãdo agendo bñ cõsulendo ꝓspere oĩa cedunt.

Copia in singl'ari est facultas ꝛ potestas. in pl'i significat multitudinem armigeroꝝ.

Da exemplũ de heteroclitis q̃ fcant diuersa sub diuerꝭ casib⁹. Dico pauca sunt. vnum est vt ops.

Terra fit ops ꝛ auarus opes. ꝛ opem petit eger

Hoc est. ops in ntõ significat terrã vel deã terre. q̃ alio noĩe ꝺr ceres vel cibele Jn obliqs. ſ. gtõ actõ ꝛ ablt̃o significat auxiliũ vel potestatem. in pl'i diuitias. Item de gtõ habeꝭ in Virgilio. Nõ opis est nr̃e tibi dignas reddere grates. i. non est ptãtis nr̃e. Jn actõ. Opem fer miseris. in ablt̃o vt capiꝭ in canone. Ope misericoꝛdie tue adiuti. Da exemplum sub diuersis accentib⁹. Dico populus ara.

Populus est arboꝛ populus collectio gentis
Est ara poꝛcoꝛum: diuoꝛum dicim⁹ aras.

Da exemplũ sub diuersis generib⁹ ꝛ declinationib⁹. Dico glos glis acus specula claua tela ꝛc̃. Et hec de heteroclitis sufficiũt

Die Martis Dieta octaua

Lapl'm q̃ntũ de p̃teritꝭ ꝛ supinis ꝟboꝝ.

Ostq̃z p̃ p̃cedentia capitula pueri nostri laboꝛiosum iter septem dierũ in generib⁹ ꝛ declinatõib⁹ fecerint. iamiam per quintum capitulum iter quinq̃z dierum in preteritꝭ et supinis verboꝝm ambulandum erit. quod capitulũ omnibus linguam latinam scire cupientib⁹ summe necessariũ est. maxime cũ nulla ꝓfecta sine verbo confici possit oꝛatio. Sed p̃mittuntur quedam questiũcule atq̃z picture ꝑ pueris instituendis notande.

Quero tibi. q̃t sũt tpa in ꝟbo. Dico q̃nq̃z. pñs. p̃teritũ impfectum. p̃teritũ pfectũ. p̃teritũ plꝰ q̃z pfectũ. ꝛ futurum

Indicatiuꝰ q̃t tpa bz. Dico q̃nq̃z diuisim iam dicta

Impatiuꝰ q̃t bz. Dico duo. pñs ꝛ futurum

Optatiuꝰ quot bz. Dico q̃nq̃z. sed pñs ꝛ p̃teritum impfectuz habet

ꝯiũctiui.ꝑteritũ ꝑfectũ ꝛ plꝰ q̃ꝑfectũ ꝯiũctim.ꝛ futurũ solũ.
Cõiunctiuꝰ quot tꝑa hꝫ.Dico q̃nq; diuisim supꝛadicta.
Infinitiuꝰ quot tꝑa hꝫ.Dico q̃uq;.sed duo ꝛ duo ꝯiunctim.ꝛ futurum solum sicut optatiuꝰ.
Quero tibi.q̃t sũt tꝑa a q̃bꝫ oĩa alia tꝑa formãt.Dico duo.ꝓsens indicatiui ꝛ ꝑteritũ ꝑfectũ indicatiui.Que tꝑa formant a ꝑsenti Dico oĩe aliud pñs.oĩe ꝑteritũ impfectũ.ꝛ oĩe futuꝝ ꝑter futurũ ꝯiũctiui in ro.Que tꝑa formãt a ꝑterito ꝑfecto. Dico omne aliud ꝑteritũ ꝑfectũ.oĩe ꝑteritũ plꝰ q̃ꝑfectũ.ꝛ illꝫ futuꝝ ꝯiũctiui in ro. Uersus. Ram sem rim ro se:formabit cetera ꝑsens
Quero tibi.ad q̃d seruit scire ꝑterita perfecta omniũ verboꝝ. Dico ad duo. Primo ad ꝯiugandũ verba actiua ꝛ neutralia in ꝑteritis ꝑfectis ꝛ tꝑibꝫ inde formatis.Scõo ad exꝑmendũ vulgare mẽte ꝯceptuꝫ per ꝑterita perfecta et tꝑa inde formata verboꝝ actiuorum ꝛ neutralium.
Exemplũ.dic mihi latine. Judas hat gott nit geforcht.hette Judas gott geforcht er hette christum nitverratten.
Istud nõ potest exponi per pñs ꝛ tꝑa inde formata' ſz per ꝓterita. Nam vbi sonat.hat.est ꝑteritũ perfectũ. vbi sonat.hette.est ꝑteritũ plꝰ q̃ꝑfectũ ꝯiunctiui vel optatiui.Ad exꝑmendũ igit dictũ vulgare oportet scire quõ timeo ꝛ trado habeãt in ꝑterito ꝑfecto. ꝛ quõ in tꝑibꝫ formatis ab eis.Habet autẽ timco timui.et trado tradidi.
Dicatur sic latine. Judas non timuit deum.si iudas timuisset deuꝫ non tradidisset christum.
Ita per passiua ꝛ deponentalia possunt dari exempla
Ut Si Adam ꝑceptum dñi transgressus non fuisset christus non passus neq; crucifixus fuisset.
Quero tibi.ad quid seruit cognoscere supina verboꝝ. Dico ad tria Primo ad ꝯiugandum verba in or.s.passiua cõmunia ꝛ deponẽtalia in ꝑteritis ꝛ temporibꝫ inde formatis. Hoc tibi sic ostendo qm̃ illa verba non habent ꝓꝓria ꝑterita sicut verba in o.Sed eorum ꝑterita circũloquunt per verbum substantiuum sum ꝛ fui. ꝛ per participiũ ꝑteriti tꝑis.Sed hoc ꝑticipiũ formãt a supino. vt legor hꝫ in ꝑterito lectꝰ sum vel fui.ꝯ ꝛc.Scõo seruit ad faciendа ꝛ formãda duplicia participia ꝑterita ꝛ futura in rus que nostras orationes plurimũ exornant.vt patet in ꝑceptis elegantiarum.Tertio valet ad exꝑimendum vulgare mente conceptum in preteritis ꝛ temporibꝫ inde formatis:verborum passiuorum cõmunium ꝛ deponentalium.

Dieta octaua

Quero tibi. quot tempora in ſpeciali formantur a preſenti. et quas terminationes habent. Dico decem tempora in qualibet cõiugatione. z decem terminationes. Sed alique coincidunt. vt ab amo amas venit ꝑteritũ impfectũ in abam. futurũ in abo zc. vt ptz in figura ſequenti.

Verba primi habent

- a ante bam. vt amabam in ꝑterito impfecto.
- a ante bo. vt amabo in futuro indicatiui.
- a vt ama amet in pñti impatiui.
- a ante to. vt amato in futuro impatiui
- a ante rem res ret. vt amarem in pñti optatiui.
- a mutat in em. vt amem in futuro optatiui.
- a etiam mutat in em in pñti cõiunctiui.
- a ante rem. vt amarem in ꝑterito ipfec. ꝯiũctiui
- a ante re. vt amare in pñti infinitiui.
- a ante tũ. vt amatũ ire in futuro infinitiui.

Verba ſecũde habent

- e ante bam. vt docebam in ꝑterito impfecto.
- e ante bo. vt docebo in futuro
- e vt doce doceat in pñti impatiui
- e ante to. vt doceto in futuro impatiui
- e ante rem res. vt docerem in pñti optatiui
- e ante am. vt doceam in futuro optatiui
- Et etiam in pñti ꝯiunctiui zc.

Sed tertia ꝯiugatio z q̃rta etiã habẽt bam in ꝑterito impfecto. ſed nõ habent bo in futuro. ſz am. es. et. vt clare ptz ꝯſideranti formas ꝯiugãdi traditas in ꝓncipio huiꝰ operis.

Quero tibi. q̃t tpa formant in ſpeciali a ꝑterito ꝑfecto. z quas terminationes hz. Dico ſex. z totidẽ terminatões. Quedã tñ coincidũt vt patet in figura ſequenti.

Omnia verba mundi habent i iſti it. imus iſtis erunt vel ere in preterito ꝑfecto. Pone amaui

- I muta in e adderam. vt amauerã z habes preteritum pluſq̃ꝑfectum indicatiui
- I adde s z ſem. vt amauiſſem. habes ꝑteritũ ꝑfectum z plꝰ q̃ꝑfectũ optatiui.
- I muta in e z adde rim. vt amauerim. z habes ꝑteritũ ꝑfectum coniunctiui.
- I adde s z ſem. vt amauiſſem. z habes ꝑteritum pluſq̃ꝑfectum coniunctiui.

Die Martis

J muta in e z adde ro. vt amauero. z habets futurum cõiunctiui
J adde ſ z ſe. vt amauiſſe. z habes p̃teritũ pfectũ z plꝰ q̃z pfectũ in⸗
finitiui. Iſtud veritatẽ hz ĩ omni ꝯiugatione regulari z irregl'ari.
Et ideo nõ eſt tanta difficultas formandi tempa a p̃terito pfecto
ſicut a p̃ſenti.

Pro inſtructõe nouellorꝝ prudens z diligẽs p̃ceptor dz ad hoc labo
rare vt pueri ſciant bñ differẽtias ꝯiugationũ. z quõ verba p̃me
habent a ante bam bo rem ꝛc̃. Et v̄ba ſcõe e ante bam bo rem ꝛc̃.
Et verba tertie e ante bam. Et quarte i ante ebam. Et ambe vltime
futurũ habent p̃ am es et ꝛc̃.

Jt̃ ſecundo dabit operã vt ſciãt q̃n loquendũ ſit in p̃nti in p̃terito
z futuro indicatiui. Et detur eis ſignũ. Q̃n in vulgari ſonat. hab
oder het. oder heſt. tũc ponat verbũ in p̃terito pfecto. Q̃n ſonat.
wurd. ponat in futuro. z q̃n nullũ illorꝝ ſonat ponat ĩ p̃nti. Poſt
hoc paulatim diſcãt loqui in optatiuo z in cõiunctiuo. dando eis
ſigna optatiui. Juxta illud. Optatiuus habet vt vtinã q̃ quati⸗
nus ne. Et ſigna cõiunctiui. Cum dum. quin. niſi. ſi. ſũt ꝯiungen
tia ſigna.

Notandũ etiã q̃ bonꝰ p̃ceptor dz habere aſſerẽ z in eo depingere z
mõſtrare q̃ pacto ab vno v̄bo trãſitiuo vel actiuo poſſint formari
xij. vocabula. ſ. octo noĩa v̄balia. z q̃ttuor p̃ticipia. vt ſic nõ ſolũ
auditu diſcant ſz etiã viſu. Et ex hoc etiã patebit eis q̃z ſcitu dig̃
ſunt ſupina. Da mihi exempla.

A ſupino rogatu lectu formantur	rogator lector	rogatꝰ us ui. lectus
	rogatrix lectrix	rogatiuus z lectiuꝰ
	rogatio lectio	hoc mutatis mutandis

Duo participia rogatꝰ a. um. rogaturꝰ a um.

A p̃nti indicatiui formãt	rogabilis	legibilis
	rogamen	legimen
	rogamentum	legimentum
A p̃terito impfecto rogabam legebam mutãdo bam in ns	venit rogans	legens participia
	preſentis temporis.	
A gtõ rogãt legẽt mutũdo t in dus	venit rogãdus	legendꝰ par⸗
		ticipiũ futuri tempis.

Ecce q̃z copioſi fiant ipſi in mult vocabulis noĩalib z p̃ticipialib
ſi hoc eis ad oculũ mõſtret. q̃ res admodũ vtilis eſt.

Non ego vos p̃ceptores chariſſimi z puerorum inſtructores ſedu⸗
liſſimi docere p̃ſumo ſed ex charitate monco z hortor: vt omnia
que de generib z declinatõib dicta ſunt ſemp ad ꝯgruitatẽ ad⸗
iectiui z ſubſtãtiui. relatiui z ſui antecedẽt applicare dignemini

Dieta octaua

Jta quo q; nūc que in ꝫ capitulo dicenꝫ applicenꝫ ad finem grāma-
tice. ꝑcipue declarādo quē casum ꝟba regant ante se ⁊ post se i ge
nerali. Et practicekꝫ hoc ꝑ diuersa exempla verboꝝ iam in ꝑsenti
tā in ꝑterito. iam in futuro. Et monstreꝫ eis q̄ sint casus ꝓpr̄ij ⁊ q̄
communes

Quero tibi. q̄ casus sunt ꝓpr̄ij ⁊ q̄ cōmunes. Dico q; accusatiuus q̄
significat rem recipientem actū verbi est proprius casus actiuo
rum. ⁊ ablatiuus mediante a vel ab est ꝓpr̄ius passiuorum.
Sed datiuus ⁊ accusatiuus vel ablatiui temporis. ⁊ item abla
tiuus sine ꝓpositione sunt casus communes omniuꝫ verborum
et participiorum

Hinc est q; verba actiua regant post se accusatiuū tamq̄ casum ꝓ
prium. ⁊ tres casus communes. scꝫ datiuū accusatiuū vel ablati
uum temporis. ⁊ alium ablatiuū sine ꝓpositione. Item q; passi
ua regunt ablatiuum mediante ꝓpositione a vel ab tamq̄ casuꝫ
ꝓpr̄ium ⁊ tres casꝰ cōmunes dictos. Et verba neutralia non re
gunt casum proprium. sed tres casus communes. vt patet in se
quenti figura.

De actiuis

filius — scribit vnas litteras — Accusatiuus casꝰ ꝓpr̄ius.
scripsit patri suo
vel duabus horis
scribet duas horas — tres casus cōmunes
magnis laboribꝫ

De passiuis

vne lre — scribunt a filio — Ablatiꝰ ꝓpr̄ius casꝰ
scripte sunt pr̄i suo mercatori
scribent duas horas vel — tres casꝰ cōmunes
Duabus horis
magnis laboribus

De neutralibus

filius — currit — patri suo mercatori
cucurrit duas horas vl' duab' — tres casus cōmunes
curret magnis laboribus
pro vino ⁊ cibo

Jsti casus omnes ideo dicunt cōmunes q̄m regūtur ab omnibus
verbis mundi. ⁊ ab omnibus participijs si sēntencia requirat. vt
patet practicanti.

Aliud supra modū expediens est declarare pueris in assere q; pacto
verba simplicia cōponāt. vt cū ist; ꝓpositionibꝫ ad ab con de ex in

ac. Et ꝙ ad ſepiſſime mutat d illaz lfam a q̄ incipit verbū. ita q̄ q̄ con z in q̄n q̄ mutāt n. vt corrigere irrogare

Et ꝙ illa cōpoſita habent in ꝓteritis z ſupinis ſic̄ ſimplicia pauc̄is exceptis. Item ꝙ q̄n q̄ ꝯpoſita cū ꝓpoſitōib⁹ idez omnino ſignificāt cū ſimplici addita ſola ꝓpoſitionis circūſtantia. Q̄n q̄ mutant ſignificatū Exemplum primi

Ad accurri ri ſum. zu lauffen
con ꝯcurro ri ſum. zu ſamen lauffen
circū circūcurro. vmblauffen
de decurro obenrab lauffen
diſ diſcurro. hin vnd dar lauffen
ex excurro. vßlauffen
in incurrere. in oder gegen lauffen
ob occurrere. gegen lauffen.
per ꝓcurrere. durch lauffen
p̄re p̄currere. vor lauffen
re recurrere. wider vmb lauffen
ſub ſuccurrere mutat ſignificatū. zu hilff kommen.

Curro cōponit cuz

Exemplū vbi ꝓpoſitio mutat ſignificatū.

Ad arrogare. boch verrig ſin
Ab abrogare. abthun
corrogare. i. ſimul ꝯgregare ſamelen
de derogare abbrechen. i. detrahere d'oim̄ (nuere
e erogare vmb gott geben
in inrogare zu fugē. i. inferre. ſz poti⁹ dz ir (rogare
